

QUÆSTIO V.

An procurans abortum ante animatio- nem incidat in censuras, & an aliquando hoc sit licitum?

SUMMARIUM.

- 11 Cooperans ad abortum fetus inanimati, non incidit in excommunicationem, vel irregularitatem.
12 Qui ad talem abortum cooperantur, peccant mortaliter, tamen proprie non sunt homicida.
13 Pro conservanda vita matris potest permitti abortus fetus inanimati.

11. Sixtus V. Greg. XIV.

Tenta Bulla Sixti V. affirmativa est responsio; At hodie stante Bulla Gregorii XIV. negativa sententia est tenenda; & est communis; nam licet illas penas Sixtus V. imposuisset; tamen Gregorius XIV. in sua moderativa bulla §. 3. omnino absolvit & reduxit ad terminos juris communis, ac Concilii Tridenti. Ac proinde mulier prægnans sumens potionem, vel adhibens ali- quod remedium ad abortum fetus inanimati, vel conficiens talem potionem, dans anxi- lium, cooperans vel consulens; non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem, quia hoc non est impositum à jure communi, nec à Tridentino, ita Toletus in summa lib. 1. cap. 76. num. 16. Portellus in dub. Regul. verb. Abortus, num. 3. Villalobos in summa, tom. 2. tract. 12. diff. 14. num. 3. Machadus de perfect. Confess. tom. 2. lib. 2. part. 3. tract. 17. docum. 9. num. 1. & 2.

Toletus. Portell. Villalobos. Machad.

12.

Qui omnes docent, quod talia facientes; cooperantes, consilium, aut auxilium dantes, graviter peccabunt mortaliter, quia ex indu- stria, ac opere impediunt semen infusum, ac fecundum à suo debito, ac connaturali fine, qui est generatio humana; ita præter Auctores citatos cum Azor. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 20. num. 2. proprie tamen non erit homicida, sed quasi homicida, quia non interfe- cit hominem, cum fetus adhuc non sit ani- matus: desumitur ex cap. Si aliquis, ex cap. Sicut ex litterarum de homicidio simul, cum cap. Quod verò, 32. quest. 2. ut advertunt Lessius l. 2. cap. 9. dub. 10. Layman lib. 3. de justitia, tract. 3. part. 3. cap. 4. quest. 2.

Azor. Sanchez.

C. Si ali- quis. C. Sicut. C. Quod verò Lessius Layman.

13.

Si autem certum reputetur, fetum non esse animatum, tamen iudicio medicorum, si in lucem prodeat, matri mortem allaturus, aut de vita matris sit magnum periculum, tunc abor- tus sine peccato potest permitti; nam in tali casu jus naturale conservandi matris vitam præponderat bono prolis futuræ; nam fetus est pars, seu aliquid matris, & bonum totius anteponendum bono partis. Ita citatus San- chez num. 9. Layman. citatus, §. Secundò si cer- tum sit, Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 10. num. 6. Bonacina citand. num. 5. M. Lezana verb. Abortus, num. 4. ad finem Qui etiam advertit, quod abortus est casus reservabilis à Prælati Regularibus respectu suorum subditorum, ut infra dicemus ex Clemente VIII. imò de facto est reservatus in multis provinciis ab earum

Sanch. Layman. Lessius. Lezana.

Conciliis provincialibus; ut observat Bona- Bonacina. cina de restitu. disput. 2. q. ultima, sect. 1. punct. 7. num. 6.

QUÆSTIO VI.

An liceat procurare abortum fetus non animati ad evitandum pericu- lum vitæ, vel infamia alicujus puella prægnantis.

SUMMARIUM.

- 14 Casus est si puella mors, vel infamia, non potest impediri nisi abortu.
15 Sententia negans.
16 Sententia asserens esse licitum, ac illius fun- damentum, & num. 17.
18 Secunda sententia valde probabilis, & secuta in praxi.

Casus est si femina nobilis, aut monia- lis peccaverit cum viro, & si ipsa gravi- da appareat, timeretur mors, infamia, scanda- lum, & nulla alia via potest impediri mors, infamia, scandalum: An tunc licitum sit pro- curate, consulere, cooperari ad abortum fec- tus inanimati?

Negativam sententiam tenent Tannerus, Sanchez, Sylvius. Finellius, Azorius, Zana- ruz, Bellochius, Filiucius, quos citat ac sequi- tur Diana 3. part. tract. 9. Resol. 11. In hac sen- tentia est Bassus verb. Abortus, num. 1. Qui omnes dicunt nullo modo licere, & contra- riam sententiam esse improbabilem docet Filiucius, Diana, Candidus tom. 2. disquisit. 1. art. 1. Quia hoc est agere contra ordinem naturæ ad impediendam conceptionem fetus: Et non sunt faciendæ ma- la, ut veniant bona. Rom. 3. n. 9.

Tamen contrariam sententiam in propo- sito casu, hoc esse licitum, tenent Torreblan- ca do Mag. lib. 2. cap. 43. num. 10. Leo Zam- bellus in repertorio morali, verb. Medicus, n. 11. Bordon, in Regular. Resol. 45. quest. 4. num. 4. in fine. Et eam probabilem dicunt, & tenent M. Lezana tom. 3. verb. Abortus, num. 5. in fine, Trulench, in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 1. & Diana part. 6. tract. 8. Resol. 37. Testa- tur, quod vir doctissimus Societatis Jesu, consultus in hoc, dixerit, pro tuenda vita, ac honore puellæ prægnantis, licitum esse pro- curare abortum fetus inanimati.

Probatum quia ut ex multorum sententia di- xi superiori questione num. 13. quando aliud non suppetat remedium pro salute infirmæ matris, potest quis licite procurare abortum, si fetus nondum est animatus: ergo etiam hoc facere licitum erit pro tuenda vita, ac honore matris, & hoc præcipue, quando femina est nobilis, vel monialis, quia illud ma- ximè cadit in dedecus familiæ, domus, mo- nasterii, ac Religionis; quæ magis videntur ponderare, quàm conservatio unius fetus nondum animati.

Hæc secunda sententia mihi videtur valde probabilis, & tuta in praxi; quia cum habeat pro se graves Doctores, & sufficiens fundamen- tum, negari non potest; quod sit probabilis.

QUÆSTIO

QUÆSTIO VII.

An procurantes, & intendentes, coo- perantes, & consulentes abortum fetus animati sint excommunicati, ac irregulares.

SUMMARIUM.

- 19 Tribus modis potest hoc impedimentum pro- curari.
20 Prima sententia defendit matrem.
21 Mater & ceteri cooperantes comprehen- duntur, & n. 22.
23 Quando maritus uxorem verberat sine in- tentione non incidit in censuras.

19.

Tribus modis potest hæc procuratio con- tingere. Primò quidem, ut fetus con- ceptus, non tamen animatus ejiciatur; de quo egi superiori quaestione. Secundo: procurando ut fetus animatus abigatur; de quo nunc est dicendum. Tertio: impediendo ne femina concipiat, ut si antea, vel postea fiat aliquid remedium, ut sterilis fiat.

20. Naldus. Avila. Alphons.

Ad quaestionem præsentem Naldus verb. Abortus, num. 1. Avila de censuris, part. 1. cap. 5. disput. 3. dub. 12. conclus. 2. §. quinto Quod etiam tenet Alphonsus Leon de censu- ris, Recollect. 7. num. 34. qui dicunt, quod mulier prægnans, procurans proprium abortum, non incurrit in penas impositas à Sixto V. contra procurantes abortus; quia non colligitur ex aliquo verbo Constitutionis, quod talis mulier prægnans comprehendatur.

21. Sixtus V.

Tamen opposita sententia simpliciter est vera & tenenda: nam Sixtus V. subijcit ex- communicationi, ac penis in sua Consti- tutione §. 7. & 8. Omnes tam principales, quàm socios, confcios talis criminis, nec non opem, consilium, ac favorem dantes: nam mulier propinans potionem, maximè in tali cri- mine, est principalis & multam, & mag- nam opem dat; & valde conscia est ipsius criminis; & inde maxime in censuris, ac penis prædictæ constitutionis comprehenditur. Ita Dicastillus de justitia, lib. 2. tract. 1. disp. 20. dub. 13. n. 179. Filiucius tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 4. Bonacina de censuris, tom. 3. disp. 1. quest. 2. punct. 20. num. 12. & 13. & alii apud ipsos, & est communis.

Dicastill. Filiuc. Bonacina.

22.

Qui etiam cum communi sententia do- cent, quod omnes procurantes abortum, five per se, five per alios, aut cooperantes ore, con- silio, auxilio, aliave ratione adjuvantes, inci- dunt in excommunicationem, ac irregularita- tem à Sixto V. latam cujusque gradus, ordinis, vel conditionis existant, tam laici, quàm clerici saculares, aut regulares cujusque ordinis, imò etiam mulieres saculares, vel professæ, omnes isti in Bulla exprimuntur.

23.

An verò quando maritus praviter uxorem verberat, & inde illa, vel tuncionibus oppressa, vel furore agitata, passa est abortum, an in- currat in penas Constitutionis Sixti V. ac illius censuras? Aliqui affirmant; distinctione tamen utendum; quod tunc in censuras inci- dit maritus, si uxorem verberat ea intentione, ut abortus sequatur. Verbum enim in Con- stitutione positum: Procurare significat stu- diosè, & ex industria quaerere. Ita Diana Diana part. 7. tract. 5. Resolut. 30. §. Hinc licet: si ve- rò absque tali intentione in nullam penam incidit.

Sylveira Opuscula.

QUÆSTIO VIII.

An applicans fæmina remedia sterilita- tis incurrat in censuras.

SUMMARIUM.

- 24 Applicans remedia sterilitatis non incidit in censuras.
25 Peccat tamen graviter, ac mortaliter.
26 An liceat procurare sterilitatem si mulier ti- met periculum mortis in partu & affirmant aliqui, & n. 27.
28 Negativa sententia vera, & n. 29.

Quia in Constitutionibus tam Sixti, quàm Gregorii agitur de dante remedium ad sterilitatem fæminæ: nam Sixtus V. tali crimini magnas penas, ac censuras impo- suit, quas tamen Gregorius XIV. absol- vit, & ad terminos juris communis redu- xit, & ideo dans remedium, seu potionem fæminæ ne concipiat, sed ut sterilis fiat, aut ipsa femina illud conficiens, aut acci- piens, non incurrit in excommunicationem, ac alias penas Sixti V. quia tales penas non sunt præscriptæ in jure. Ita Sanchez lib. 9. de Sanchez. matrimonio, disp. 20. num. 9. Cajetan. Petrus Le- Ledesma. desma, Tabiena, & alii quos citant, ac sequun- Tabiena. tur Maruchell, tract. de casibus reservat. disp. 1. Maruchel. cap. 3. diff. 4. n. 24. Machadus tom. 1. lib. 2. part. 2. Machadus. art. 17. n. 2.

Tamen talia agentes, vel potione, vel in ipso concubitu emittendo semen extra de- bitum vas, vel alio quocunque modo inten- dendo mulieris sterilitatem, vel impediendo generationem, grave peccatum committunt, operantur enim contra intentionem naturæ: nam semen & copula instituta sunt à natura: ad prolis conceptionem, ac generationem. Ita præter Auctores citatos tenent Candidus tom. 1. Candidus. disquisit. moral. disquisit. 1. art. 2. M. Lezana Lezana. verb. Abortus, n. 5.

Debitatur tamen, quod si probabiliter ti- meatur magnum periculum vitæ matris in partu, vel quia mulier est nimis arcta, vel quia valde difficilis est in partu, & illius angustias ferre non potest: an liceat uti aliquo reme- dio ad sterilitatem, & ad impediendam ge- nerationem.

Affirmativam sententiam tenent, Torre- blanca in practica juris spiritualis, lib. 12. s. 13. Torrebl. num. 31. & 36. in qua sententia etiam est Tan- Tanner. nerus tom. 3. disp. 4. q. 2. dub. 4. n. 9. quia ut vidi- mus supra q. 6. aliquando licitum est procurare abortum fetus non animati ad conservandam vitam, & honorem matris, ergo etiam licitum erit procurare sterilitatem ad conservandam vitam matris.

Contraria sententia est omnino vera, quod N scilicet



